RosDok Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Fragment: Biblia sacra : Universitätsbibliothek Rostock, Fragm. theol. 91

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1837676887

Handschrift Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

erunt: donec consummentur mille
anni. Hec est resurrectio prima.
Beatus et sanctus qui habet partem in re-
surrectione prima. In hiis secunda
mors non habet potestatem; sed erunt
sacerdotes dei et christi. et regnabunt
cum illo mille annis. Et cum con-
summati fuerint mille anni: sol-
uetur sathanas de carcere suo;
et exibit et seducet gentes que
sunt super quatuor angulos terre.
gog et magog: et congregabit eos in
prelium; quorum numerus est sicut
arena maris. Et ascenderunt super la-
titudinem terre; et circuierunt cas-
tra sanctorum. et ciuitatem dilectam. Et
ascendit ignis a deo de celo. et de-
uorauit eos. Et diabolus qui sedu-

·Moderni habent et·

hiis que scripta erant in libris:
secundum opera ipsorum. Et infernus et
mors missi sunt in stagnum ig-
nis. Hec est mors secunda: stagnum
ignis. Et qui non est in libro ui-
te scriptus: missus est in stagnum
ignis.

XXI

Et uidi celum nouum et
terram nouam. Primum
enim celum et prima terra abiit;
et mare iam non est. Et ego iohan-
nes uidi ciuitatem sanctam ierusalem
nouam. descendentem de celo; a
deo paratam: sicut sponsam orna-
tam uiro suo. Et audiui uocem
magnam. de throno dicentem.
Ecce tabernaculum dei cum ho-
minibus: et habitabit cum eis. Et

·Haimo sic distinguit· descendentem de celo a deo· et postea addidit· paratam· etc·

Fragm. theol. 91

ti dabo de fonte aque uiue gra
tis. Qui uicerit possidebit hec:
et ero illi deus; et ille erit michi filius.
Timidis autem et incredulis et ex
ecratis et homicidis et fornicatori
bus et ueneficis et ydolatris et om
nibus mendacibus pars illorum erit in stag
no ardenti igne et sulphure: quod
est mors secunda. Et uenit unus de
vii angelis habentibus fialas plenas
vii plagis nouissimis; et locutus
est mecum dicens. Veni ostendam
tibi sponsam uxorem agni. Et sus
tulit me in spiritu in montem mag
num et altum. Et ostendit michi
ciuitatem sanctam ierusalem descenden
[illegible] a deo habentem cla
ritatem dei. lumen eius simile

bat mensuram harundineam
auream: ut metiretur ciuita
tem et portas eius et murum. Et
ciuitas in quadro posita erat.
longitudo eius tanta est quan
ta et latitudo. Et mensus est ci
uitatem de harundine aurea per
stadia xii milia. Longitudo et
latitudo et altitudo eius equa
lia sunt. Et mensus est muros eius
centum xliiii cubitorum mensu
ra hominis que est angeli. Et erat
structura muri eius ex lapide
iaspide; ipsa uero ciuitas aurum
mundum simile uitro mundo.
Fundamenta muri ciuitatis
omni lapide precioso ornata.
Fundamentum primum iaspis

erunt: donec cõſummentur mille
ānn. Hec eſt reſurrectio prima.
Beatus ⁊ ſcs. qui hʒ ꝑtem in re-
ſurrectione prima. ⁊ in hiis ſcđa
mors non hʒ poteſtatem; ſʒ erunt
ſacerdotes dei ⁊ xp̄i. et regnabunt
cum illo mille annis. Et cum cõ-
ſummati fuerint mille anni: ſol-
uetur ſathanas de carcere ſuo;
et exibit et ſeducet gentes que
ſunt ſup quatuor angelos terre.
gog ⁊ magog: ⁊ cõgregabit eos i
prelium; quoꝝ numerus eſt ſicut
arena maris. ⁊ aſcenderunt ſup la-
titudinem terre; ⁊ circuierunt caſ-
tra ſcõꝝ et ciuitatem dilectam. ⁊
aſcendit ignis a deo de celo: et de-
uorauit eos. ⁊ diabolus qui ſedu-

hiis que ſcripta erant in libris:
…dm opa ipſoꝝ. ⁊ infernus et
…mors miſſi ſunt in ſtagnum ig-
nis. Hec eſt mors ſcđa: ſtagnum
ignis. ⁊ qui non eſt in libro ui-
te ſcriptus: miſſus eſt in ſtagnũ
ignis. XXI

Et uidi celum nouum. ⁊
terram nouam. Primum
enim celum et pma tra abiit;
⁊ mare iam non eſt. ⁊ ego iohan-
nes uidi ciuitatem ſcām ihrlm
nouam deſcendentem de celo; a
deo paratam: ſicut ſponſam orna-
tam uiro ſuo. ⁊ audiui uocem
magnam de throno dicentem:
Ecce tabernaculum dei cum ho-
minibus: et habitabit cum eis. ⁊

Haimo ſic diſtinguit. deſcendẽtẽ de celo a deo. et p' addidit paratã ⁊c.

Fragm. theol. 31